



## CAPITULO PRIMERO

### DE LA MEDITACIÓN

#### ARTÍCULO I

##### NECESIDAD DE LA MEDITACIÓN

Según la doctrina expuesta de Santo Tomás, la devoción consiste en una *pronta voluntad* de ejecutar todo lo que es y redunde en obsequio, servicio y agrado de Dios. Para adquirir esta santa devoción, de donde nacen la caridad *operativa* y la perfección cristiana, es medio necesario la meditación, como *causa instrumental y remota*. Santo Tomás lo prueba evidentemente en su Suma Teológica (1) con las siguientes reflexiones: 1.<sup>a</sup>, porque quien medita, considera frecuentemente la grandeza de la Divina Bondad y la multitud de beneficios con que benigna y liberalmente le ha enriquecido. 2.<sup>a</sup>; porque quien medita, reflexiona á menudo sobre sus defectos y pondera atentamente sus propias miserias. De la consideración de la Divina Bondad y sus múltiples favores y larguezas se produce suavemente en el corazón de quien medita, cariño, amor santo, que le impulsa para hacer prontamente y con complacencia las cosas del servicio divino, lo cual se llama *devoción*. Y el conocimiento de la propia flaqueza excluye toda presun-

(1) 2. 2. q. 82, art. 3, in corp. Véase también art. I et II de «Mystica Theologia», vol. I, pag. 213, obra escrita por el P. Vall Gornera, Ord. Pred.

ción y engendra un sentimiento humilde y bajo, que le sujeta á Dios y le dispone al don del santo amor y á la verdadera devoción. Luego la caridad *efectiva* es la causa próxima, y la meditación la causa remota de la devoción. Videatur D. Thomas in 2.<sup>a</sup> 2.<sup>ae</sup> q. 82, art. 3; y lo mismo enseña San Agustín, lib. de Spir. et anim. c. 50.

El ilustre delator de Lutero, el gran dominico Cardenal Cayetano, en el comentario á este artículo de Santo Tomás estampa esta memorable sentencia: «nec religiosi aut religiosae seu spiritualis *etiam nomine* vocari potest, qui saltem *semel* in *die* ad hujusmodi se non transfert: Quomodo namque effectus absque causa, finis absque medio, insularia portus absque navigatione haberi nequit, sic nec religionis actus absque frequentatis actibus suarum causarum, mediorum ac vehiculorum.»

Además, la razón en recta filosofía también abona la verdad del título, con que hemos encabezado este artículo; porque nuestra voluntad es una potencia ciega, quien no puede dar un paso sin que le sirva de cicerone el entendimiento: «Nihil volitum quin praecognitum.» «*Ignoti nulla cupido.*»

De aquí que enseñe S. Agustín (1): «Lo que no se vé, se puede amar; pero no LO QUE NO SE CONOCE»: (Invisa diligi posse; *incognita, nequaquam*). Y San Gregorio dice: «Nemo potest diligere, quae prorsus ignorat» (2).

Bien podemos amar, dice el P. Rodríguez, las cosas que no vemos; pero, aquello, de lo cual no tenemos conocimiento alguno, no lo podemos amar, porque el objeto de la voluntad es el *bien entendido*; por eso amamos y queremos alguna cosa, porque la *aprendemos, la conceptuamos* como *buena* y digna *de ser amada*. Al contrario, la aborrecemos y huimos de ella, *porque la juzgamos como mala* y digna de ser aborrecida. Y así cuando queremos que no mude su voluntad y propósito, persua-

(1) Aug. lib. 10 de Trinit., cap. 1.

(2) S. Greg. homil. 36, super Evangelia.



dámosle con *razones* y procuramos convencerle el entendimiento para que aquello que quiere hacer no lo haga, porque no conviene, ni es bueno, y que lo otro es mejor y es lo que conviene, etc; y efectúe lo otro. Luego, el acto y el discurso del entendimiento son los fundamentos para los demás actos y ejercicios de la voluntad; y de aquí se evidencia la necesidad de la meditación.

Más. El P. Fr. H. Vallgornera, Ord. Pred. dice:

«D. Thomas, multis in locis, praecipue p. p; q. 84, art. 7 sequendo doctrinam Philosophi, I. Phys: text. 34 et 35, et II Metaph. text. 3, (*ait quod*) ordo praescriptus a natura est. ut ab imperfectioribus ad perfectiora ascendamus. Et sic valde errant qui dicunt posse nos ascendere ad contemplationem intellectualem simplicem sine meditatione sensibili et corporali. Et ita divus Thomas, locis citatis, (*dicens*) quod res spirituales in vita mortali sunt nobis obscurae et parum cognitae, et non cognoscimus illas nisi per ordinem ad corporalia et per species rerum corporali-um; et res sensibiles et corporales in hac vita sunt nobis notae, et ea quae pertinent ad contemplationem simplicem plerumque sunt res spirituales et in corporeae. Ergo priusquam ascendamus ad res spirituales, debet natura esse assuefacta in meditationibus corporalibus, et per species corporales et sensibiles. Tum etiam quia illa contemplatio est melior incipientibus quae est magis clara, et magis notoria, et magis manifesta. Et ut coligitur ex loco citato Arist. Metaphys., illa quae ex sua natura sunt clariora et magis notiora, sunt obscuriora nobis, ut patet in luci solis quae est clarior nocte et tamen noctuae est magis obscura propter debilitatem potentiae visivae. Ita similiter res spirituales, quae pertinent ad contemplationem simplicem sunt clariores rebus visibilibus, sed tamen nobis res corporeae sunt magis clarae, et sic dicit Apostolus: Invisibilia Dei per ea quae facta sunt intellecta conspiciuntur.

«D. Thomas, 1 2, q. 27, art. 2, et in 1 Sentent., dist. 15, q.

4, art. 1 ad 3, sequendo doctrinam Aristotelis, IX. Ethic. c. v. et Agustini, X. De Trinit., in princ., (*dicit quod*) tanto res magis amantur, quanto magis cognoscuntur; et hoc manifeste patet: nam bona corporalia, nempe pecuniae, honores, et delectationes, et res sensibiles magis amantur, quia magis illa videmus et cognoscimus, et vix possumus ab illis separari. E contrario ad amandum spiritualia, et quae pertinent ad contemplationem simplicem, veluti violenter ad illa rapimur, et cum ingenti difficultate, et sic magis connaturale est homini diligere alterum hominem quam res spirituales: ergo pro hoc statu meditatio rerum corporalium, et per species sensibiles in principio vitae spiritualis, est magis conformis et connaturalis. Et experientia clare manifestum est quod res praesentes magis movent quam absentes, tam quoad amorem quam quoad timorem; sed res sensibiles et corporales sunt magis praesentes quam spirituales, quae sunt remotae a sensibus nostris: et hac causa plures faciunt homines dona quam promissiones, quia sum absentes; et homo infelix et miser, quamvis proponatur illi beatitudo, quia tamen est absens magis diligit res visibiles quam beatitudinem, et delectatio praesens circa sensibilia aufert amorem rerum spiritualium: ergo pro hoc statu vitae purgativae et incipientium, meditatio per species sensibiles est magis apta, et via ad contemplationem simplicem.

«Veritatem hujus articuli ostendunt sancti Patres. D. Bernardus, serm. 1 De S. Andrea, dicit: «Nemo repente fit sumus; ascendendo, non volando, apprehenditur summitas scalae. Ascendamus igitur velut duobus quidem pedibus, meditatione et oratione.» Augustinus affirmat orationem esse tepidam nisi meditatione caleseat, juxta illud prophetae: Et in meditatione mea exardescet ignis. Hieronymus ostendens quam necessaria sit meditatio, dicit quod est soror lectionis, nutrix orationis, directrix operis. Hanc meditationis necessitatem novit propheta regius dunt ait; Beati qui scrutantur testimonia ejus, in to-



to corde exquirunt eum: Et alibi: Da mihi intellectum et scrutabor legem tuam ut custodiam illam in toto corde meo. Lex tua meditatio mea est. Hugo de S. Victore, De laude orationis, ait orationem esse non posse perfectam, nisi meditatio praecedat aut comitetur. Et Augustinus, tom. 10 serm. 112 De tempore: Quicumque lectiones sacras legere et intellegere posunt, in his studium impendant, ut earum frequenter meditatione utantur. S. Gregorius, lib. XX. Moralium, cap. 1: Scriptura sacra usu fastidium tolit, et tanto amplius diligitur, quanto amplius meditat. S. Thomas Opus. IV, dicit quod ad acquirendam charitatem necessaria sunt duo, scilicet auditio verbi Dei, et meditatio donorum ejus. D. Thomas, 2 2, q 180, art. 4: Ad contemplationem principaliter pertinet meditatio Dei.—D. Thomas exponens illa verba Davidis, Ps. XXXIV: Et lingua mea meditabitur justitiam tuam tuam, objicit sibi: Meditari non pertinet ad linguam, sed ad cor. Et tripliciter sibi respondet. Uno modo, lingua meditat, idest meditata loquitur. Psal. XLVIII Os meum Loquetur sapientiam, scilicet meditatam. Qui est justus loquitur ex praemeditatione; et sic est sapiens. Alio modo, est duplex os, sive duplex locutio, scilicet interius et exterius. Matth. XIV: Quae procedunt de ore, scilicet cordis, haec sunt quae coinquinant hominem. Et sic accipitur hic lingua, scilicet interior. Tertio modo, sic: «Meditabitur» idest decantabit, et modulabitur, idest semper cogitabit quomodo laudet te. Psal. XYXIII: «Benedicam Dominum in omni tempore.»

San Jerónimo escribiendo á Celanza, le dice que tenga en su palacio alguna habitación retirada en la que, como en puerto tranquilo, se recoja cada día de las olas y tempestades de los mundanos y solicitudes de los cuidados domésticos; y allí, ante la consideración de las verdades eternas, sosiegue su agitado ánimo y lo recree con la plácida calma de los horizontes eternos y ante la gloria que espera, se resuelva á obrar en todo como futura vecina del cielo.

Aquí comprenderá ahora el seminarista dos grandes verdades:

La 1.<sup>a</sup> por qué Jesucristo se retiraba tan frecuentemente á la soledad sobre la cumbre de los montes y en el silencio de la noche, á contemplar las cosas celestiales. «Ascendit in montem *solus* orare» (Matth. cap. 14, 23). Y el evangelista San Lucas (Luc. cap. VI, 12,) dice: «Exiit in montem orare, et erat pernoctans in oratione Dei». Mas ¿qué necesidad tenía Nuestro Señor Jesucristo de estos habituales retiros, de semejante silencio, de tan abstraída soledad, cuando, aun siendo hombre mortal, gozaba de la clara y beatífica visión de Dios, y con una simple y única mirada de su mente abarcaba todas las grandezas y verdades divinas y humanas, temporales y eternas? Es verdad que no necesitaba para Sí este medio de abstracción; pero, «*in exemplum nostrum fecit hoc,*» para que entendiésemos la grande necesidad, que tenemos de retirarnos, ya de noche, ya de día, á lugar solitario y meditar allí las máximas eternas, que sin la industria de nuestras consideraciones no se nos descubren.

La 2.<sup>a</sup> verdad es, el por qué todos los Santos fueron tan aficionados y aplicados al santo ejercicio de las meditaciones, de tal manera que es más fácil encontrar en las historias un soldado sin el uso de las armas, que un santo confesor sin el uso de meditar ó contemplar las cosas sobrenaturales y divinas. Suárez solía decir que renunciaría á todo su saber antes que dejar una hora de sus acostumbradas meditaciones. San Bernardino de Sena en el tiempo de oración no daba audiencia á hombre alguno, pues, se consideraba como fuera del mundo (Surices in vita. cap. 31.)

*N. b.* Una de las principales causas de todos los males existentes en el mundo es la falta de meditación. Así lo dice Jeremías cap. XII, v. 11; Desolatione desolata est omnis terra, quia nullus est qui *recogitet corde*.

¿Quién osaría cometer un pecado mortal, si considerase que murió Dios por el pecado, y que se castiga con *penas*



*eternas* y es ofensa de la Divinidad y que es tan grande mal que Dios hizose hombre y fué menester que satisficiese por él?

Decía Santo Tomás de Aquino (1) que no podía entender cómo era posible que el que estaba en pecado mortal pudiese reír y estar contento. Y tenía muchísima razón, porque se sabe de cierto que si se muriese se iría al instante al infierno para siempre jamás y también consta que no hay un momento de vida segura. Si temblaba aquel que sobre su cintura tenía una espada desnuda colgada de un hilo (2), ¿cuánto más el que se expone á la muerte eterna por el pecado?

Por esto exclamaba un siervo de Dios: en el mundo cristiano debían existir dos casas de corrección: una cárcel para los herejes, y un manicomio para los pecadores, que creyendo en Dios y en la eternidad, pecan. ¿Qué mayor demencia que ofender al Omnipotente, que puede arrojarnos en un instante al infierno eterno? ¡Aeternum quod cruciat, momentaneum quod delectat! ¡Es indubitable que si uno *considerase «ex corde et attente»* esto á menudo, tendría un grande freno para ofender á Dios!! Por esto procura el demonio con mil astucias impedir nuestra meditación y distraernos de tan santo ejercicio.

Según el libro de los Jueces (Judicum, XVI, 21) lo primero que hicieron los filisteos al aprisionar á Sansón, fué sacarle los ojos: así procede el demonio con el pecador: lo primero que hace es, ya que no puede quitarle la fe, cegarle en el entendimiento, que *no considerare* lo que cree ni repare en ello, como si no lo creyese, «ut videntes non videant, et audientes non audiant, neque intelligant» (Matth. XIII, 13.) Así como no aprovecha tener ojos ni abrirlos si estáis en la oscuridad, tampoco os aprovechará la fe si no *andáis* según ella, á lo cual tiende la meditación:

(1) Hist. Ord. S. Dominic. p. I, l. 3., cap. 37.

(2) Damocles apud Ciceronem, Tusc. 5.

pues, ese espejismo falso es lo primero que elabora Satanás en el pecado.

## ARTÍCULO II

### I

*Prenotandos:* La oración *mental* se divide en meditación y contemplación. La meditación consiste en actos discursivos enderezados á la moción de los afectos santos. La contemplación consiste en una simple vista del entendimiento admirativo y suavemente amoroso de alguna verdad divina. No tratamos aquí de la contemplación.

La meditación puede ser *especulativa* y *práctica*. Según el fin que se proponga, v. g. *saber*, ó *mover* la voluntad etc. Los fundamentos ó verdades de la meditación pueden apoyarse en razones, símiles ó materias puramente naturales, sobrenaturales y mixtas.

El procedimiento más seguro es la meditación mediante el ejercicio de las facultades naturales y sobre verdades conocidas.

### II

CONTRARIUM EST OMNI BONAE PHILOSOPHIAE  
VELLE ASCENDERE AD CONTEMPLATIONEM DIVINAM SINE  
EXERCITIO MEDITATIONIS IMAGINARIAE

Quamplurimis viis et modis curavit daemon perturbare excellentiam vitae contemplativae. Primus, alta petendo; secundus, humilia suadendo. In primo proponit ut quaeramus finem sine mediis, scilicet veram contemplationem sine meditatione sensibili et imaginaria; in secundo, sistendo in meditatione sensibili et imaginaria, non curando de contemplatione divina. Primus est contrarius omni bonae philosophiae, ac per consequens theologiae mysticae, quae innititur philosophiae; secundus, fini ultimo, ad quem omnia debemus referre.

VOLUMEN II.



Objectum intellectus pro hoc statu secundum doctrinam D. Thomae multis in locis est ens concretum quidditate sensibili; ac per consequens magis connaturalis est pro hoc statu, saltem incipientibus, et his qui sunt in via purgativa, meditatio imaginaria seu per species sensibiles, quam intellectualis contemplatio. Et probatur ex illo quod dicit D. Thomas, 1 2, q. 27. art. 3, quod similitudo est causa amoris, ut habetur Eccli. XIII: Omne animal diligit sibi simile; et quanto magis sunt similia, tanto magis amantur. Hoc probatur in rebus insensibilibus, in animalibus, in angelis, et in ipsomet Deo. In rebus insensibilibus omnes causae et omnia agentia majori vi et conatu imprimunt suam virtutem in illam materiam quae habet majorem similitudinem cum causis, et sic ignis magis et prius imprimunt suam formam stupae quam ligno, et in ligno sicco quam in viridi; et gravia naturaliter tendunt in terram, et levia sursum, quia gravia majorem similitudinem habent cum terra, quia participant de gravitate; et levia participant magis de levitate, quae est propria ignis, et sic ascendunt sursum. In animalibus id cernitur: leones, apri, lupi et omnia animalia unius speciei magis se diligunt. Angeli magis se diligunt invicem quam diligant homines. In Deo hoc idem videtur, quia se ipsum amat amore necessario propter infinitam proportionem et unitatem quam habet cum suo esse, creaturas vero amat libere. Sed inter omnes creaturas, ut docet D. Thomas, p. p., q. 20, art. 4, plus diligit perfectiores et meliores, quia magis participant de suo esse, et de sua bonitate.

In hominibus hoc idem invenitur, quia homines plus diligunt affines et consanguineos quam extraneos; amicos et compatriotas quam alios, propter majorem unitatem quam habent cum ipsis qui sunt ejusdem nationis vel religionis, propter majorem similitudinem. Tritum et vulgare est quod dicitur I. Regum XVIII de amore Jonathae cum Davide, quem anteposuit patri, matri et fratribus, et fuit amor naturalis, ut est concursus sententia sanctorum Pa-

trum; et fundabatur in similitudine. Duo viri nobiles et gentiles ita se amaverunt propter similitudinem in donis naturalibus, ut unus illorum per sententiam judicis fuerit morti damnatus: et amicus ad liberandum amicum morti se obtulerit, et de facto mortem subisset, nisi nobilitas judicis illos liberasset. Et ratio omnium istorum est quia causae et omnia agentia operantur cum majori vi et efficacia cum rebus quae habent majorem similitudinem cum ipsis. Sed meditatio corporalium et per species corporales at sensibiles majorem similitudinem habet cum viris incipientibus, et qui sunt in via purgativa, quam cum contemplatione simplici: ergo.

### ARTÍCULUS III

#### QUID SIT MEDITATIO

Meditationis definitio adducitur clare a D. Thoma, 22, q. 80, art. 3 ad 4, et in IV, dist. 15, q. 4, art. 1, quaestiunc. 2 ad 2, et ab omnibus dialecticis: Meditatio est mentis discursus, quo intellectus circa materiam aliquam de una consideratione ad aliam colligit; improprie dicitur unam considerationem post aliam format. Meditatio habet similitudinem corporalium oculorum. Oculi enim sunt membra mobilia, et nunquam in eodem statu permanentia; voluit enim natura quod superius, dextrosum et sinistrosum possent se volvere, et sic possent pericula praecavere, et corpori proficua providere. Sic vere dico de oculo mentis nostrae: vertibilis enim et mobilis esse debet, quia scilicet per meditationem providam et discretam quandoque debet sursum, scilicet ad Deum et ad bona aeterna respicere; quandoque inferius, scilicet ad mortem et ad infernum intendere: quandoque exterius ad dexteram, idest ad illa quae faciendae sunt se convertere; quandoque ad sinistram, hoc est ad illa quae cavenda et vitanda sunt se transferre. Et ideo dicit divus Thomas super cap. XXVI Isaiae



quod oculus mentis nostrae per meditationem debet aperire tres portas, scilicet infernalis miseriae, justae vitae, et coelestis gloriae. Et D. Thomas super Psalmum XXXVI dicit quod oculus mentis nostrae per meditationem cognoscit sapientiam quadrupliciter, scilicet credendo Christo, acquiescendo sapientibus, psallendo Deo, et docendo ut justus.

Columba enim, quae est avis gemebunda et meditativa, solet caput suum nunc huc, nunc illuc saepe volvere, ante quam ipsam contingat alicubi se movere. Meditatio ergo, cogitatio et deliberatio est necessaria viro justo, et cuique provido et discreto; ut dicat illud Isaiae xxxviii: De mane usque ad vesperam finies me; sicut pullus hirundinis, sic clamabo; et meditabor ut columba. Attenuati sunt oculi mei. Sequitur: Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animae meae. Ecce ergo quomodo iste meditatur vitae fragilitatem: « De mane usque ad vesperam finies me; » carnis fragilitatem: « sicut pullus hirundinis; » mundi adversitatem: « clamabo; » mortis necessitatem: « meditabor ut columba; » quae scilicet respiciens gemit; rerum debilitatem: « Attenuati sunt oculi mei; » coeli felicitatem: « suspicientes in excelsum; » mentis iniquitatem: « Recogitabo tibi omnes annos meos; » Dei auctoritatem: « tibi, » qui es Deus omnipotens; inferni poenalitatem: « in amaritudine animae meae. » Ista sunt novem diverticula quae debet vir prudens scrutari. Gen. xxiv dicitur quod cum Isaac exivisset ad meditandum in agro, obviavit sibi Rebecca pulcherrima et prudentissima puellarum, quae facta est ejus uxor. Quia revera cum quis ad agrum extrinsecae meditationis egreditur, et in praefactis et aliis necessariis sollicitius meditatur, Rebecca, quae interpretatur patientia, et quae multum accepit a virtute modestiae et prudentiae, quae secundum veritatem multa merita recolligit, eidem conjugatur, et sic talis posset dicere illud Psal. lxxvi: Meditatus sum nocte cum corde meo; exercitabar, et scopebam spiritum meum. Et ideo dicit D. Thomas

quod vir justus, prudens et discretus, antequam perveniat ad contemplationem, principaliter ei incumbit meditatio divinorum; ita 2 2, q. 187, art. 3, et I. Contra gent., cap. 1, quod officium sapientis est veritatem Dei meditari; et super Psal. 1, quod ad salutem est necessaria jugis meditatio de Deo. Et super Psal. xxxiv dicit D. Thomas quod lingua dicitur meditari, quia est signum cordis, et loquitur meditata, et sunt quasi unum.

Meditari debemus in Deo quam potens est in operibus, quam justus in vindicandis sceleribus, quam largus in retribuendis muneribus, quam certus in prolatis sermonibus, quam clemens relevans onera, seu dispensans munera, quam prudens gubernans, seu ordinans caetera. Josue 1: Non recedat volumen legis hujus de ore tuo, sed mediteris in eo diebus atque noctibus, ut facias ea, et custodias quae scripta sunt in eo. Hugo de S. Victore: Tria sunt genera meditationum: unum in creaturis, unum in Scripturis, unum in moribus. Primum surgit ex admiratione, secundum ex lectione, tertium ex circumspectione. Et alibi: Lectio ad cognoscendam veritatem materiam ministrat, meditatio coaptat, oratio sublevat, operatio componit, contemplatio in ipsa exultat. Consequenter dicit D. Thomas quod meditatio de divinis causat charitatem, quia causat necessitatem loquendi de Deo. Ita 1 2, q. 27, art. 2; et super Psal. xxxviii; et adducit illud. Psal. xxxviii: Et in meditatione mea exardescet ignis charitatis. Et consequenter D. Thomas, Opusc. iv, dicit quod ad acquirendam charitatem necessaria sunt duo, scilicet auditio verbi Dei, et meditatio donorum ejus. Et Opusc. li: Ut amor Dei non pereat in nobis, quatuor nutritur remediis, scilicet meditatione, doctrina, oratione et exercitio.

Aliqui habent potentias ita debiles, ut vix possint meditari, et ista imbecillitas debet suppleri ex parte voluntatis, facta experientia quod intellectus discurrere non potest, nec diu mentaliter loqui. Sequantur consilium Augustini, lib. De orando Deo, cap. x, ubi sic ait, hoc Christi



referens mandatum: Orantes autem nolite multum loqui; Aliud est sermo multus, aliud diuturnus affectus; absit ab oratione multa locutio, sed non desit multa precatio, et negotium hoc plus gemitibus quam sermonibus agitur, Meditatio, sicut non debet esse superflua, sic nec diminuta; unde sic meditatione insistendum est donec veritas inventa moveat affectum: aequalis namque periculi videtur si quis vel praemature meditationem relinquat statim ad primun minimum affectus motum, vel diutius affectu jam sufficienter excitato perseveret in ea. Si quis praemature meditationem relinquat, et non convincatur a veritate reperta, non excitat moraliter omnes alias potentias; si autem intellectus affectu jam excitato sufficienter, diutius in meditatione perseverat, multam temporis jacturam patietur. Meditatio autem non propter se quaeritur, se propter virtutem, et fine acquisito superflue laboratur in medio.

#### ARTÍCULO IV

##### DIFERENTES MODOS DE MEDITAR

No es mi intento exponer aquí por extenso los diferentes modos que enseñan los autores de meditar y tratar con Dios: sobre ser esta tarea demasiado larga, nos distraería de nuestro objeto principal. A más de que tratan este asunto con notable maestría el P. Alonso Rodríguez en sus Ejercicios de perfección, el P. Luis de la Puente, y Tomás de Villacastín al principio de sus meditaciones, Molina, Arbiol, S. Francisco de Sales, P. Granada, Sacrest y otros no menos santos que doctísimos varones, en sus piadosísimas obras. Me contentaré, pues, con apuntar los tres modos de orar que señala el glorioso Padre S. Ignacio, consumado maestro en esta materia, y los preciosos documentos que nos da para meditar el M. R. P. Juan Roothaan, General de la Compañía de Jesús, á fin de que el sacerdote logre por este medio santificarse á sí y santifi-

car á otros. De estas tres maneras de orar prácticas y asequibles á todo el mundo, podrá cada cual tomar la que se le adapte mejor, y variarla según los tiempos, lugares, ocupaciones ó disposición interior en que se hallare.

#### I

##### PRIMER MODO DE MEDITAR

1.º Antes de entrar en oración, repose un poco el espíritu; y sentado ó paseándose, como mejor le pareciese, considere *á dónde y á qué va*; observando lo mismo al principio de los demás modos de orar.

2.º Pida á Dios luz para conocer en qué haya faltado acerca de la materia que quiere meditar (sean mandamientos, pecados capitales, los cinco sentidos corporales, ó las tres potencias del alma, etc.) y lo mismo podemos hacer con las rúbricas, reglas del propio instituto y otros deberes semejantes; pida además gracia para mejor conocerlos y guardarlos en adelante, á mayor gloria y alabanza de su divina Majestad.

3.º Recorra luego mandamiento por mandamiento, deteniéndose á pensar, por espacio de tres *Padre-nuestros y Ave-Marías*, cómo le ha guardado, en qué ha faltado; pida á Dios perdón de dichas faltas, proponga la enmienda, y rezando un *Padre-nuestro*, pase á otro mandamiento.

4.º Recorridos así todos los mandamientos hasta el último, duélase en general de las faltas ó pecados cometidos contra ellos, renovando el propósito de la enmienda, y concluyendo con un tierno coloquio á nuestro Señor.

Si la persona que medita desee introducirse más en la oración, podrá hacerlo del modo siguiente:

I. Supongamos que quiere meditar sobre los mandamientos, las reglas de su instituto ú otra cosa semejante: considere primero un precepto de por sí: 1.º Cuán honesto